149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XV. Romae, Mense Novembri MCMXII Num. XI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Condidit ARISTIDES LEONORI eques

Possidet atque administrat SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad **Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XV. ROMAE, Mense Novembri MCMXII Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA 1918

Rerum index:

De studiis etymologicis,
Devotionis et orationis conceptus,
Carolus Michaël De l'Epée.
Lusus poetici.
Ludi puerorum apud Italos. Pila ad foramina.
Paroemiae sive Adagia. Qualis homo, talis oratio. — Intra suam pelliculam se continere. — Notum lippis et tonsoribus. — Non videmus manticae quod in tergo est.
Vaticana pictura muralis de Crucis apparitione Constantino Imperatori.
Colloquia latina. Iter et equus.
Acta Pontificia. Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. X epistola ad rr. pp. Pacificum Monza, Victorem Mariam Sottaz, Pacificum a Seiano, Trium familiarum Primi Ordinis Ministros Generales, de Tertio Franciscalium Ordine.
Diarium Vaticanum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificiae electiones.
Annales. — Pax inter Italos atque Turcas composita. — Balkanicum incendium conflatum. — Mauritanae res.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Libri recens dono accepti.
Aenigmata.
Appendix; Ad Romam.

DE STUDIIS ETYMOLOGICIS

E silicis venis abstrusus ut emicat ignis,
Sic nitet excussum vario certamine verum.
Si quando adversis igitur concurrere mentes
Resque agitare vides armis, discrimine gaude.
Cum vero hoc homines plerumque ac tempora peccent
Ut fraenum nimii abiciant extremaque tangant,
Tu caute incede, et verax sententia surget.
Quis neget ex etymis sophiae ditescere gazas?
His ego quid tribuam facilis, qua parte repugnem
Paucis expediam; ni quid te detinet, audi.
Ignotum ars isthaec pelagus, terrasque latentes
Pervasit, patuitque dies ubi nubila pridem
Nox erat, ut densis veluti cum luce maligna
Est iter in silvis, sapiens incederet anceps.
Hos saepe anfractus dumetaque sedulus ipse
Vestigans, paullatim oculis lucescere verum
Atque habitus obscura novos vultusque nitentes
Induere, et quidquid prorsus discurreret exlex
Mirabar certis quaerenti occurrere normis.

Quae docuit veneranda Fides et scripta reliquit
Moses cum nondum mortali ea noscere mente
Fas erat; ut fictis etymis subvertere tentent
Quidquid divini est iuris qui prava sequuntur,
Falsosque inducant sensus, res cognita cunctis.
Ut duplex radius varios trahit usque colores
Fonte uno elicitos aliusque videtur et idem est,
Haud secus alma Fides virtus atque insita menti,
Ut specie absimiles, tamen una e lampade manant
Miro saepe modo mentis qui transvolat orbem.
Sic multis permulta sibi pugnare videntur
Quae ut se perficiunt artes, nec somnia mentis
Ex etymis sed vera trahunt, iunguntur amice.

Addo etiam haec posse effatum delere sophorum
Qui primas rerum species non sensibus ortas,
Verum animi ingenito rentur mentisque vigore,
Cum satis id constet propius quo exordia tangas,
Hoc incorporeis formis mage sensile iungi.
Nam si a principio externo res nomina ducunt,
Notio ab externo exoritur; mox sensibus acta
Mens agit interius, verax ubi surgit imago,
Et propria virtute operans, erumpit ad actus
Quos rerum natura petit, finique cohaerent;
Comparat, adiungit, removet, generalia conflat,
Sensuque incipiens per se ad sublimia surgit.
Hoc iter ad Sophiam magnus monstravit Aquinas,
Recteque edocuit cunctas per saecula gentes,
Quem nunc irrident atque inter scruta relegant.

Latius historiae poterunt sed crescere chartae.
Non secus ac varie gelidi per inane vapores
Finguntur flabris acti, vel pulvere nimbus
Obfundens campos immani turbine fertur,
Omnia sollicito motu volvuntur. Ab annis
Culmine montano avulsum fit glarea saxum,
Attritum fulva donec tenuatur arena.
Unda per occultos terrae sinuosa meatus
Interius tepefacta, novisque admixta elementis,
Multiplici virtute viget, morbosque repellit.
Sic hortis flores, dulces sic crescere fructus
Cernimus, atque herbas campis. Nihil interit unquam
Sed rerum confusa novas dant semina formas.
Adspice Caucaseas rupes, celsamque Pyrenem,
Atque Italas Alpes, veteris vestigia mundi:
Adspice saltantes damas qua lusit in undis
Pelamis, et conchae passim iacuere marinae,

149904

AD ROMAM 2)

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

1. Venit nunc Romam!
4. Sed hostili spiritu?
2. E contra dicunt animo mitissimo.
Magni Constantis Constantinus filius,
Patris virtutem superavit bellicam,
Romam qui cunctis laborantem cladibus
In libertatem vindicare posuit.
Multis relatis clarus iam victoriis
Ad Rhenum milites congessit strenuos,
Eosque duxit in Italiam protinus.
Nondum sed Christi Numinis discipulus,
Patris consilium meditatus tamen,
Novam qui legem sequebatur sedulus,
Suis cum hostibus prudenter conferens,
Qui legem Christi quaeritabant insequi,
Et omnes diutius pugnarunt perperam,
Et usque Pater claruit victoriis.
Vult et precatur christianorum Deum!
Adhuc alumnus, sed christianus moribus,
Italiam volutat, mente cogitat,
Eamque quaerit magnis itineribus.
1. Verum narras?
3. Nunc praeliorum ludicra...
1. Nugas garris! Dic potius victorias!
3. Hic illic vero cessit...
1. In pugna levi,
Modo et pugnarunt industria velites.
3. Iam iam superbiam potest quis Maxentii,
Eius furorem tolerare sanguinis?
1. In nos qui Christi dicimur discipuli?
4. Deo supersunt vota nunc profundere,
Ut ille vincat, currat huc celerrime...
3. Sed adsunt milites!
1. Latrones potius!
1. Tace, sis! Prudens! Sunt et voracissimi! *(Colloquentes inter se recedunt. Tunc duo milites progrediuntur* Vitulus et Velox).

Scena II.

Vitulus et Velox.

Vitulus.

Datur mihi munus grave et non commodum.

Velox.

Quod?

Vitulus.

Audi. Dux noster nuper imposuit,
Ut audiam quidquid Romani dicerent,
Eique verbum ad verbum diligens feram.
Res est odiosa! Dicam molossicam.

Velox.

Quid est? Placet sic ipsi modo et sufficit!

Vitulus.

Per urbem currunt cives nunc liberius,
Loquuntur secum passim confidentius;
Eorum latus urgemus nos undique,
Velut solet volitans aestivo tempore
Asilus, oestrus inhaerere vitulis....,
Et quidquid dixerint, adrectis auribus,
Notamus, scribimus, ferentes ordine
Duci, qui postea refert Maxentio.
Est cui placet, mihi sed unquam militi.
Reliqui patriam, dulcem Germaniam,
Eique servio servitutem impiger....,
Bonus sed miles, non delator subdolus.

Velox.

Sed cur?

Vitulus.

Gerit sic, opinor, se Maxentius,
Timet quod miser valde ne quis audeat,
Eum quantocius de solio pellere.
Scis quam Romani saepius pellunt principes.

Velox.

Erat gravis si pater, filius gravior!
Iugum sibi volunt de collo eripere,
Solent ut usque milites..... Nunc gladio
Confossum Caesarem dederunt flumini,
Vel inter epulas... Hic novit optime
Aquae quas navigat quam sint difficiles.
Timet!

Vitulus.

Sic implet carceres!

Velox.

Et vincula
Deficiunt! Tot trudit in custodiam.

Vitulus.

Novam sentimus ipsi nos formidinem...
Enim insurgunt multae de provinciis
Iugum spernentes, clamitantes alacres...
Suum Constantinum Caesarem Galliae,
Qui claret meritis, pollet victoriis.

Velox.

Sic urbes multae, quas adpellant noricas,
Sequuntur Brixiae, Mediolani specimen;
Is Urbem magnis tendit itineribus..

(Ad proximum numerum).

I. B. Francesia.

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XV. ROMAE, Mense Decembri MCMXII Num. XII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretiu[illegible]e subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum**, Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **" Kronika Rodzinna "** — **Varsaviae Polonorum**, Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.**, 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal**, 1699, Rue Notre-Dame